UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Articvlvs Cvm Verbo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

quem tamen nõ nominant. Item, ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα dicitur, pro hic & ille. τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, huic ſuccenſens, illum indignum eſſe dictitans. Et τὸ δεῖνα γιγνομένη, καὶ τὸ δεῖνα αὖ, nunc in hanc, rurſus in illã ſpeciem transformata.

ARTICVLVS CVM Verbo.

ARticulus genitiuus cũ uerbo infinitiuo ponitur Græcis eo loco, quo Latini utuntur Gerundijs in di, addentes cauſa uel gratia, aut uerbo coniunctiuo præcedente, ut τοῦ ποιεῖν, cauſa faciendi, aut ut faceret. τοῦ φαγεῖν, τοῦ λέγειν. Lucæ ult. καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, & ingreſſus eſt manendi gratia cum illis, ſiue ut maneret cum illis. Eodem cap. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν, oculi autem eorum tenebantur, ut non agnoſcerent ipſum.

Datiuo articulo cũ uerbo infinito, antecedente præpoſitione ἐν utuntur loco gerundiorum in do, ἐν τῷ ἀποδιάζειν πε

σκόπτομεν, ſtudendo proficimus.

Quandoq; etiam ponitur pro genitiuo abſoluto, adiecto nomine accuſatiui caſus, ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανὸν, pro βασιλεύοντος Τραϊανοῦ, regnante Traiano. Sic Lucæ ult. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν, pro κατακλιθέντος αὐτοῦ, hoc factum eſt ſedente eo. Et ſine præpoſitione ἐν æquiualet ultimo ſupino, τῷ παρακαλεῖν, oratu.

Accuſatiuo articulo præcedente præpoſitione πρὸς, utuntur loco gerundij in dum, uel primi ſupini, ἔρχομαι πρὸς τὸ παρακαλεῖν, uado oratum, uel ad orandum.

Præponitur etiam commode uerbis infinitis, quoties pro nomine ſumũtur.

Sumuntur autem uerba infinita pro nomine, non ſolum ut latinis in nominatiuo & accuſatiuo, ſed in omni caſu. In nominatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλόν ἐστιν, philoſophari res eſt honeſta. In genitiuo, τοῦ φιλοσοφεῖν οὐδὲν ἥδιον, nihil iucundius quàm philoſophari. In datiuo, τῷ φιλοσοφεῖν γάννυται ἡ ἀφροδίτη, philoſophiæ

oſophiæ aduerſatur Venus. In accuſatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλὸν εἶναι λέγομεν, philoſophari dicimus honeſtum eſſe.

ARTICVLVS CVM
Participio.

PArticipijs neceſſarius eſt articulus, quoties reſoluuntur in uerba, ὁρῶ τινὰ ἄνθρωπον τὸν ταῦτα κωλύσοντα, id eſt, ὃς ταῦτα κωλύσει, uideo quendam hominē, qui hæc inhiberet & impediret. ἦσαν τινὲς οἱ διασύροντες, pro οἳ διέσυραν, erāt quidam qui carpebant. δεῖ τοῦ σώσοντος ταῦτα, oportet eſſe qui ea ſeruet.

Quoties uero non reſoluuntur in uerba, eo modo ſe habent ad articulos quo nomina adiectiua.

ARTICVLVS CVM
Præpoſitione.

SI articulus iungatur prępoſitioni cū ſuo caſu, intelligitur commodū aliquod participiū, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nempe ὢν, aut οἰκῶν. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ſubauditur ἐλθὼν uel καταβάς. Sic Matth. 15. τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμ-

 ματεῖς,